

**SECRET**

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsqe suscéptis: et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Blaise)*

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica: et, intercedénte beáto Blaise Mártyre tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Psalms 30: 17-18**

Illúmina fáciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericórdia: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

**POSTCOMMUNION**

Fidéles tui, Deus, per tua dona firméntur: ut éadem et percipiéndó requírant, et quæréndo sine fine percípiant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Blaise)*

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et intercedénte beáto Blaise, Mártyre tuo et Pontífice, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Having received our offerings and prayers, we beseech Thee, O Lord, cleanse us by these heavenly mysteries, and graciously hear us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Sanctify, O Lord, the gifts dedicated to Thee, and through them, by the intercession of blessed Blaise, Thy Martyr and Bishop, graciously regard us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Make Thy face to shine upon Thy servant, and save me in Thy mercy: let me not be confounded, O Lord, for I have called upon Thee.

May Thy faithful people, O Lord, be strengthened by Thy gifts: that by partaking of them, they may continue to seek after them, and by seeking them, they may partake of them without end. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May this Communion, O Lord, cleanse us from guilt: and through the intercession of blessed Blaise, Thy Martyr and Bishop, may it make us sharers in the heavenly healing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: SEPTUAGESIMA FERIA / ST. BLAISE**

MASS *Circumdedérunt me* (violet)

**INTROIT Psalms 17: 5-7**

Circumdedérunt me gémitus mortis, dolóres inférni circumdedérunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam. (Ps 17: 2-3) Dílígam te, Dómine, fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Circumdedérunt me gémitus mortis, dolóres inférni circumdedérunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam.

**COLLECT**

Preces pópuli tui, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui juste pro peccátis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Blaise)*

Deus, qui nos beáti Blaise Mártyris tui atque Pontíficis ánnua sollemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, cujus natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE**

**1 Corinthians 9: 24-27; 10: 1-5**

Fratres: Nescítis, quod ii, qui in stádio

The sorrows of death surrounded me, the sorrow of hell encompassed me: and in my affliction I called upon the Lord, and He heard my voice from His holy Temple. (Ps. 17: 2-3) I will love Thee, O Lord, my strength: the Lord is my firmament, my refuge, and my deliverer. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The sorrows of death surrounded me, the sorrow of hell encompassed me: and in my affliction I called upon the Lord, and He heard my voice from His holy Temple.

Graciously hear, we beseech Thee, O Lord, the prayers of Thy people, that we who are justly afflicted for our sins, may be mercifully delivered by Thy goodness, for the glory of Thy name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who dost gladden us by the annual feast of blessed Blaise, Thy Martyr and Bishop: mercifully grant that we who celebrate his heavenly birthday, may also rejoice in his protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Know you not that they that

currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currete, ut comprehendatis. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, et in servitute redigo: ne forte cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Mōyse baptizati sunt in nube, et in mari: et omnes eadem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibeant autem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus:) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.

#### **GRADUAL Psalms 9: 10,11,19, 20**

Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui noverunt te: quoniam non derelinquis quaerentes te, Domine. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in aeternum: exsurge, Domine, non praevalcat homo.

#### **TRACT Psalms 129: 1-4**

De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in orationem servi tui. Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Domine.

#### **GOSPEL Matthew 20: 1-16**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est

run in the race, all run indeed, but one receiveth the prize? So run that you may obtain. And everyone that striveth for the mastery refraineth himself from all things: and they indeed that they may receive a corruptible crown; but we an incorruptible one. I therefore so run, not as at an uncertainty; I so fight, not as one beating the air; but I chastise my body, and bring it into subjection, lest perhaps when I have preached to others, I myself should become a castaway. For I would not have you ignorant, brethren, that our fathers were all under the cloud, and all passed through the sea, and all in Moses were baptized, in the cloud and in the sea: and did all eat the same spiritual food, and all drank the same spiritual drink: (and they drank of the spiritual rock that followed them: and the rock was Christ). But with most of them God was not well pleased.

A helper in due time in tribulation: let them trust in Thee who know Thee; for Thou has not forsaken them that seek Thee, O Lord. For the poor man shall not be forgotten to the end: the patience of the poor shall not perish for ever: arise, O Lord, let no man prevail.

Out of the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my voice. Let Thine ears be attentive to the prayer of Thy servant. If Thou, O Lord, wilt mark iniquities: O Lord, who shall abide it? For with Thee there is merciful forgiveness, and by reason of Thy law I have waited for Thee, O Lord.

At that time Jesus spoke to his disciples this parable: The kingdom of

regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventio autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit, dabo vobis. Illi autem abiierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam: et fecit similiter. Circa undecimam vero exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineae procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias, dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et aestus. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

#### **OFFERTORY Psalms 91: 2**

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime.

heaven is like to an householder who went out early in the morning to hire laborers into his vineyard. And having agreed with the laborers for a penny a day, he sent them into his vineyard. And going out about the third hour, he saw others standing in the market place idle, and he said to them: Go you also into my vineyard, and I will give you what shall be just. And they went their way. And again he went out about the sixth and the ninth hour: and did in like manner. But about the eleventh hour he went out and found others standing, and he said to them: Why stand you here all the day idle? They say to him: Because no man has hired us. He said to them: Go you also into my vineyard. And when evening was come, the lord of the vineyard said to his steward: Call the laborers and pay them their hire, beginning from the last even to the first. When therefore they were come that came about the eleventh hour, they received every man a penny. But when the first also came, they thought that they should receive more: and they also received every man a penny. And receiving it they murmured against the master of the house, saying: These last have worked but one hour, and thou hast made them equal to us that have borne the burden of the day and the heats. But he answering said to one of them: Friend, I do thee no wrong: did thou not agree with me for a penny? Take what is thine and go thy way: I will also give to this last even as to thee. Or, is it not lawful for me to do what I will? Is thy eye evil, because I am good? So shall the last be first, and the first last. For many are called, but few chosen.

It is good to give praise to the Lord, and to sing to Thy name, O most High.